



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Cvrati Ad Praxim, Præcipve Circa Repentina, &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Mogvntiæ, D.MC.X.

Dedicatio. Illustriss. ac Reuerendiss. D. D. F. Francisco Gonzagæ, Episcopo
Mantvæ, Domino Colendiss.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42233

Illustriss. ac Reuerendiss. D.

D. F. FRANCI-
SCO GONZAGÆ,

EPISCOPO MANTVÆ,
DOMINO COLENDISSL.

IO. BAPTISTA BER-
nardinus Possevius Castris
noui Portus propè Vrbem
Archipresbyter.



X quo Illustriss. An-
tistes veræ Philo-
phiæ, quæ ut mortis
affidua meditatio, sic
& vitæ ad rectè moriendum dire-
ctio, & institutio est, animum ap-
plicui, & quidein Te & Doctore,
& Duce, cuius vitam, & mores,
ac studia, intermedio dumtaxat

A 4

pariete;

pariete, cum seminarii Ecclesiastici
a Te instituti per menses aliquot
mihi curam demandasse, contem-
plabar, vniuersam eius methodum

Mich. 6. Micheæ Prophetæ verbis breuissi-
mè mihi traditam comperi, sic me-
cum loquentis: Indicabo tibi ò ho-
mo quid sit bonum, & quid Do-
minus requirat: Vtiq; facere iudi-
cium, & diligere misericordiam, &
solicitum ambulare cum Deo tuo.
Hinc omnis rectè philosophandi
ratio pendet; hoc solo axiomate
omnia continentur; hoc si solum
quis sciat, & exequatur, satis est; in
quo si vel minimum quis deficiat,

Iacob. 2. in vanum laborauit, & (vt D. Iaco-
bus ait,) factus est omnium reus:
Iudicio siquidé nos omnesq; a-
ctus nostros ad scopū à Deo præ-
scriptū dirigimus; misericordia fra-
tribus nostris fatisfacimus, solici-
tudine Deo placere studemus, eique
dispicere dum metuimus, declina-

mus

mus à malo, & facimus bonum.
Hæc supremæ Theologiæ, quam
Philosophiam dixeram, summa est;
hoc est enim omnis homo: quæ-
cunque sacris utriusq; Testamenti
libris, dictante Spiritu sancto ad
doctrinam nostram, & consolatio-
nem continentur, siue tum anti-
qui, tum recentiores sacrarum lit-
terarum, aut Canonum interpre-
tes, aliiq; Doctores, & animarum,
ac conscientiarum curatores, scri-
pserunt, huc referuntur. Sublimis
certè sapientia, & ars artium labo-
riosum, atq; pernecessarium studi-
um nosse quid bonum, quid ma-
lum; quid agendum, quid cauen-
dū tūm sibi, tum aliis, si fortè præ-
ter nostram, aliorum etiam nobis
immineat cura. Sanè quod de cor-
porū medicina alias scriptum fuit,
hoc multo verius de animarum di-
ci potest. Ars longa, vita breuis. Ad
hoc me Dominus, qui nouit imper-

Eccl. 11.

A 5 perfectum

fectum meū, multis ab hinc annis
vocavit, cui⁹ voluntati non est qui
possit resistere; vt nempē pluriū in
Romanæ Vrbis districtu curam ge-
terem: & quidem nunquam igno-
rauit tantum onus humeris meis im-

Num. 11. par; quin etiam cum Moysē pluries
ad Dominum conuersus oraui:
Quare non inuenio gratiam coram
Te, & cur imposuisti pondus vni-
uersi populi huius super me? qui ta-
men mihi dicere visus est semper:

2. Cor. 11. Sufficit tibi gratia mea. Quare, cæ-
teris prætermissis, diuino prius im-
plorato auxilio, & sancti Spiritus lu-
mine, mihi primū satagens, vt sci-
licet animā mēam dirigerē, plures
de animarū cura, seu (vt aiunt) ca-
sibus Conscientiæ libros, compen-
dia, & summas perlegere in animū
induxi; vt (& memoriæ consulerē)
quæ passim hinc inde collegerā ad-
notauī, ac in vnum digessi, Enchiri-
dionq; breue conscripsi, quo in ar-
duis,

DEDICATIO.


ii

duis, & difficilioribus, quid cæteri
peritiores docerent, facile, & cito
intuerer, & in mei ipsius, aliorumq;
regimine non errare. Fuere qui la-
borem minimè improbarunt, quin
& non inutilem iudicarunt, paupe-
ribus imprimis Sacerdotibus, qui-
bus librorum copia, aut eos euol-
uendi otium non suppetit: Sed & me
remorantem hoc stimulo sæpe ur-
gere sunt conati cum Ecclesiastico *Eccles. 17.*
dicentes: Vnicuiq; mandauit De-
us de proximo suo. Sanè veritus
sum semper omnia opera mea; Sic
me innocentissimus docuit *Job;* *Job. 9.*
Statui tamen in corde meo in du-
biis ad diuinum oraculum confu-
gere. Tu mihi nunc Pater opri-
me, propè cuius ædes Embrio hic
primum formatus est, precor esto
diuinæ voluntatis interpres: du-
dum me, meaq; omnia Tibi se-
cundum Deum addixi: si dignum
vita duxeris, viuat: si tecus,

A 6 pereat:

pereat: solius enim Dei honor &
gloria, ac animarum salus mihi cor-
di est.

Vale Illustriſſ. Princeps; &
me natum Clericum tuum licet,
Deo ſic diſponente, à Clero tuo
corpo re exulan tem, paterna, qua
cæteros filios tuos charitate
complectere.



LECTO-